



**G**

Gregorius eps servus servorum dei. Venerabilibus fratribus. Racanaten et Anconitan Episcopi ac dilecto filio Priori a Monasterio sancte marie Peditentia per priorem  
 et probata fidelitatis constancia quam erga eandem ecclesiam presertim hoc procelloso turbinum tempore firmiter ostenderunt merito promerentur ut eos specialibus favoribus prosequamur. Nodie  
 siquidem prefatis universitati litteras apostolicas concessimus tenoris per omnia subsequentes. Gregorius eps servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sincere devotionis affectus quem dilecti  
 filii universitas Terre nre Montisfalconi firman dice ad nos et Romanam gerunt ecclesiam et probata fidelitatis constancia quam erga eandem ecclesiam presertim hoc procelloso turbinum tempore fir-  
 miter ostenderunt merito promerentur ut ea que pro iporum commodo et statu provide facta sunt apostolice munimine roboremus. Sane petitio pro parte universitatis predictorum nobis exhibita con-  
 tinebat quod olim dilectus filius firmanus Angelicus de Castro Montisfalconi laicus dicte dice dedit vendidit tradidit et in perpetuum concessit dilecto filio Antonio Thome tubatori de Montefan-  
 ceto laico Sindico et procuratori universitatis predictorum ad hoc ab eis specialiter constituto recipienti nomine et pro parte eorundem universitatis tantam terram ipsius firmam quantum erat necessaria  
 et oportuna eidem universitati pro faciendis et manutendis vallatum novum seu Cauam pro conducendo et nutriendo aquam fluminis quod dicitur potentia ad arolendina dictorum Terre et universi-  
 tatis vel alio prout eidem universitati placuerit itaque liceat predictis universitati huiusmodi vallatum facere et clusam edificare ac aquam mittere et conducere per dictam terram per quemcumque locum  
 et quocumque forma cum quacumque profunditate et largitudine voluerint universitas antedicta et ultra dictam vallatum ab utraque parte dictam vallatum sue Cause possint esse iue per quas homines personaliter  
 cum animalibus oneratis cum fectolis et alijs edificijs necessarijs et oportunitis pro sustentando et manutendendo vallatum predictum possint ire et redire pro precio et nomine preceq florenoz auri Quidda  
 gintaquinque quos quidem florenos Quadragintaquinque totum videlicet precium supradictum idem firmanus a dicto Sindico nomine et pro parte universitatis predictorum et de iporum pecunia manna  
 liter habuit et recepit prout in quodam instrumento publico inde confecto hoc et alia plenius continentur. Quare pro parte dictorum universitatis nobis fuit humiliter supplicatum ut venditioni traditioni  
 et concessioni huiusmodi ac alijs in dicto instrumento contentis robur apostolice firmitatis adhibere de benignitate apostolice dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati venditionem traditionem  
 et concessionem predictas et alia in eodem instrumento contenta rata habentes et grata ea auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitimus suppletentes omnes defectus siqui forsan  
 interuenierint in premissis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre confirmationis communitonis et suppletionis infringere uel ei ausu temerari contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpse-  
 rit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et Pauli Apolorum eius se noverit incursurum. Dat. Gaete ij kl. May pontificatus nri Anno Quinto. Cum autem sicut exhibita nobis pro parte uniuers-  
 itatis predictorum petitio continebat ipsi nichilominus tunc aut se contra tenorem dictarum litterarum posse impostere molestari pro parte dictorum universitatis fuit nobis humiliter supplicatum ut super hoc eis  
 de oportuno remedio providere de speciali gratia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati discretionis nre per apostolica scripta mandamus quatinus nos uel duo aut unus uerum per nos uel alium  
 seu alios eidem universitati cum pro parte iporum requisiti fueritis efficacis defensionis auxilio in premissis assistentes non permittatis eos contra tenorem supradictarum litterarum per aliquos indebitum molestari  
 uel eis grauamina aut iniurias irrogari facturi prefatis universitati cum ab eis aut iporum aliquo eorum parte ut prefertur requisiti fueritis super premissis iustitiam complementum. Contradictores per  
 censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachijs secularis. Non obstante si aliquibus communiti uel diuisim a sede apostolica sit indultum quod interdicta  
 suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel  
 speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam nre iurisdictionis explicitio in hac parte ualeat quomodolibet impediri que quo ad hoc ipsis  
 uolumus abrogari suffragari. Dat. Gaete ij kl. May pontificatus nri Anno Quinto.

R<sup>ra</sup> Graas  
 A. de Thimo





†  
P. ...  
Greg. XII.

N.º 20.  
1411

